

tantia sagacitate, ac industria donatos; in solutis scientia adeo rudes, & hoipites esse? Non desunt quidam uniuersa terrarum orbi regundo pares, quibus exquisitissimum est in politicis rebus acumen, qui impeditissima quaque facile expediunt, qui nihil conantur, quod illis a voto non cedat, & qui nihilominus vivunt in tenebris, quae nihil minores sunt, quam Aegypti illae, in iis, quae ad salutem, & bona, vel mala perueniunt aeternitatis. Hoc ipsum pro ratione de mundi sapientibus dici potest, qui indefinenter scientiarum studiis vacant, & ea perquirunt omnia, quae coeli ambitu continentur, sed qui salutis, Sanctorum videlicet scientiam ignorant. Quae in mundo sunt, probe norunt; sed iustitiae, & sanctitatis vias, quae Dei viae sunt, prorsus ignorant. Magis vero adhuc mirum est, alios videre, qui diuinarum perfectionum, ac Theologiae studiis operam impendunt, & Dei vias scire volunt, simplici, sterili meditatione contenti, quin illa, uti opus est, quaerant, quomodo in via salutis incedant. Sunt ex eorum numero de quibus olim per Isaiam Proph. c. 58. querebatur Deus: *Me de die in diem quaerunt, & seruo vias meas nolunt.* Singulis diebus quaestiones de decretis, & providentia Dei propolunt: scire volunt, quomodo in mundi regimine, & erga praedestinatos, praestitioe se gerat; sacratissimas docere scientias professantur, quin fortasse didicerint unquam bene vivere, & ea, quae docent, exercere. *Idem.*

Vidistine unquam aliquem ex his superbis sapientibus: Hoc gravissimum onus est, quod tellus sustinet; semper sumus ipsorum pleni sunt, intumescunt, gloriantur, sibi quae rebus in omnibus placent: cum interim verus sapiens se se in propria cognitione humiliet. Hic de se nihil nisi mediocriter sentit: publica existimationis torrens, quo trahuntur, hunc ne concutit quidem. Didicit unicam scientiam illam salutis esse, reliqua inanes esse nugas: lumina haec ad summum similia esse igniculis, quos nocturna micare vides, qui quin tibi precipites gressus ostendat, in eisdem te alliciunt, si mendacem illorum fulgorem sequaris. Cur enim tanta efferantur superbia ob leves aliquot cogniciones, quas non nisi labore summo adepti sumus, & quas non nisi summa excollimus cura, quandoquidem nihil nobis profunt; & cur ingratos imitatur agricolas, qui messium ubertatem laboribus dumtaxat suis referunt acceptam, quoniam caelum respiciant, quod omnes eorum agros coronat? Alius repetenda est harum sententiarum origo, ipse videlicet Deus, qui eduxit illas de inextinguis thesauris sapientiae suae nobis eas erogaturus, non ideo quidem, ut in adeo prophanos usus impenderetur. Ingens nobis timoris aderit causa, si tot luminum ope adjuvi ruemus in interitum. *Idem sermo 4.*

Quovisquisque inter literatos viros est, qui non appetat gloriam, quae scientiam subsequitur, quin aliqua invidia vel aperta, vel latens eum urat, atque ad labem alienis offundendam meritis agit. Doctrinae aequalitas, vel inaequalitas fere semper delicatae sagacitatis est causa; efficitque, ut intentos habeant oculos ad aliorum errores detegendos, eosque sibi utro citroque exprobandos. Quemadmodum amulatio non minima causa est, propter quam labor in studiis subleitur, invidia se se immiscet, si cui ex voto cesset labor. Qui velit ingenio cedere, rarus erit. Ex quo literis se se aliquis abdit, pudent illum fieri operam ludere, & qui uberem ex studiis suis fructum sperant affecturos, vix se praem non retulisse messim fatebuntur. *Liber, cui titulus: Animadversiones in quadam religionis, Ethicaeque argumenta.*

Quamvis institum sciendi desiderium mortalibus omnibus commune est, non ideo tamen in singulis par est; certum enim est, alios aliis vehementius hac teneri cupiditate, cumque maxima sit eorum rerum, quae cognosci possunt, varietas, neque omnibus eadem sint studia, eademque vis ingenii: hinc fit, ut alii libentius huius quam alterius scientiae studio vacent, non solum eo quod privata aeti utilitate hanc aliis praefertunt, verum etiam quod suapte natura magis prouit, & apti sunt huic, quam alteri cupiam facultati. Anima nostra, S. Augustinus *Tract. 36. in Joann.* ait, nihil ardentius, quam ipsam veritatem desiderat: *Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem?* Sed quia non omnes veritates aequales sunt, & aliae aliis praestantiores sunt, ideo aliae aliis impensius appetuntur, ac plures sunt. Dicere etiam possumus, sicuti eorum quaedam nobis majores sunt ad

Sapienter superbi, & sapientes humiles dum scientiam inquirunt.

salutem assequendam auxilio, atque propius ad Dei pertinent cultum, ita insigne esse Dei beneficium, ac praedestinationis indicium, cum ingenium nostrum ultra in illas fertur, eas hac mente adimpleri conatur. P. Dureau sermo pro Dominica infra octavam Epiphaniae.

Huius loci non est sermonem de abusu scientiarum habere; non desunt integri huius argumenti libri, qui scientiarum vanitatem ostendunt eo modo, quo pertractantur a plerisque eorum, qui de illis scripserunt. Quidam mendacium pro veritate docuerunt, ac se ipsos deceperunt, antequam alios deciperent; eruditissimus quisque se ipsum fallere potest, quoscumque conatus exierit, ut omnem errorem effugiat. Non desunt alii, qui nimis procedere cupientes corrumpunt, quidquid in scientiis optimum est, inani acumine, quod nihil habet solidum, ac mentibus dumtaxat crucem figere potest. Alii neque methodum habent in iis, quae docent, neque facultatem sensus suos explicandi, qui tamen redargui non possunt, quasi nequam, & improbi sint, si bene operari putent, quoniam errores ipsorum sunt tantum in intellectu, non autem in voluntate. *Idem.*

Necessi est magnam adolescentibus ideam adstruere studiorum, quibus vacare debent; & ut impensius illis operam navare cogantur, ostendere opus est, hoc modo illos pares fieri posse iis obediendis muneribus, ad quae ipsos suum genus, & nobilitas vocat, vel quae aliquando vel opibus, vel meritis suis affluere possunt. Docendi sunt harum dignitatum, quae illos manent, officia mentem requirere scientiis excolant; & fieri non posse, ut aliquis cum honore, & gloria solius naturalis luminis ope suum munus adimpleat; satis non esse honestum esse virum, piumque, ut digne eodem vileat perungi; sed opus esse, ut doctrinae lumen accedat; quod si desit, plurima committuntur errata, quae insignem reipublica afferunt injuriam, & quae errantem bonorum virorum contemptui obijciunt. Denique cuiusque conditioni destinati sunt, scientiis illis esse omnino necessariis, & nulli ferme rei utiles esse posse, nisi studiis operam dederint. *Liber, cui titulus: De purorum educatione, a Joan. Pico editus.*

Qui ecclesiasticum statum amplectuntur, sine scientiarum ope ne ad minimos quidem gradus, & dignitates illius contendere possunt. Ecclesiasticus haberi debet tanquam inextinguis doctrinae fons, cum fideles non magis exempla, quam consilia eius sequi debeant; qui si erudiri, & doceri non curat, nequit illis ea communicare lumina, quae ab ipso expectant. Denique si nihil quocumque in statu potest esse turpius, quam illius munera ignorare, itaque perperam iungi, eo quod ex scientiis nequaquam illa hauserit lumina, quae sunt ad id necessaria; quid cogitari, & quamvis concepi potest idea de ecclesiastico, cui nullum est studium, nulla cognitio? Quandoquam ille digni obire poterit munera necessario huic statui inhærentia? *Idem.*

Ello, aliquis sit scientiae pelagus, nihil eum falat, divinarum Scripturarum intelligentiam affecturus, loquatur, scribat eo modo, quo ille potest, qui omnes huiusmodi cogniciones adeptus est. Nihilominus si cor ejus aridum, vacuumque fuerit, ac desitutum ea fide, quae principium est virtutum omnium, omniumque sanctorum qualitatium, arbor est, quae nullum ferat fructum, aequae ac si esset mortua &c. *Abbas Trappensis in moralibus animadversionibus in S. Lucae evangelium.*

Home studiosus scientiis vacabit, ac inde voluptatem percipiet, sed nunquam inordinata aviditate seu in studiorum electione, seu in tempore in eadem transmittendo modum excedet; paratus iis relinquendis, simul ac alio evocatur a Deo, vel alteri cupiam studiorum generi amplectendo, statim ac sperabit se posse aliquid uberius ad Dei gloriam collaturum. Nullum unquam vocabit studium, quod in nugis, & simplici curiositate consistat, ac multo minus illud, quod mentem molliat, fedare imaginationem, & animum corrumpere valeat. Neque ita illi inhærebit, ut omnia, Deumque ipsum negligat, vel ut reliqua occitantur, ac festinanter peragat eo celeriter reverentur, quo novitas, vanitas, immoedia sciendi cupiditas, eum se mancipavit, eum trahunt. Verbo, divina voluntatis efficiendae voluptas ipsam studii voluptatem supersedit. Hoc est christiane standere; aliud quodlibet studium, sine minus malum est, saltem imperfectum est. P. Surin in dialogis spirituum libris: *como sermo.*

De scientiarum abusu.

Scientia utilis ad vitam civis munitura obeunda.

Scientia ecclesiastica necessaria.

Scientia sine pietate procul est a nobis.

Modus christiane audenti.

TEMPLA. MATERIALES ECCLESIAE.

Modestia, ac reverentia ibi servanda. Templorum dedicatio, &c. MONITUM.

Sanctorum locorum profanatio, & modica illa reverentia, qua fidelium plerique Deum colunt in templis, peccatum est adeo enorme, simulque adeo vulgatum, ut concionatores nunquam parem zelum afferre possint, ut morem hunc adeo nefarium evitent. Scriptura, sancti Patres, Asceticique omnes referri sunt & investivi, ut tantum hoc scelus, si fieri potest, convellant, & adhortationibus ad servandam modestiam, reverentiam, atque attentionem sacri mysterii, quae celebrantur in templis. Quamobrem operosum non erit hoc in argumento uberem verum copiam invenire, atque in eo omnis cura nostra versabitur, ut ea, quae apertissima sunt, eligamus.

Primum animadvertendum est, quemadmodum in eadem concione conjungenda est reverentia locis adeo venerabilibus debita cum eorumdem profanatione, & criminibus, quae ibi parantur, a nobis collecta fuisse ea omnia, quae aptiora consuevit ad persuadendum fidelibus cultum, atque pietatem, quam ibi quisque pra se ferre debet, & ad evitandum horrorem illius irreverentiae, qua passim illic ab omnibus adhibetur.

Secundo quemadmodum in templorum dedicationibus, festisque diebus, quibus auguste huius celebratio solemniter insularatur memoria, hoc etiam attingatur argumentum reverentiae deinceps in sacris iis locis servandae, nequaquam sejungenda ratus sum hac duo argumenta doctrinam eandem complectentia.

Tertio, cavendum est diligentissime, ne cum describuntur mala, quae in templis fiunt, dum interim sacra celebrantur mysteria, aliquis adeo explicitis characteribus designetur, ita ut quae dicuntur, ad alios quaque transferri posse minime videantur, ne, cum contra publicum vitium declamas, alicui peculiariter scandalum afferatur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex huius argumenti concionum partitio, & structura.

I. **C**um videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto &c. Matth. 24. Hac desolationis abominatio visa est in everione, ac profanatione templi Hierosolymitani, sed quotidie videtur adhuc in illis abominationibus, quae committuntur in templis, quae loci sancti; ubi inter mysteria, quae celebrantur, quotidie offertur adorabile Dominici corporis, sanguisque sacrificium: ita ut eorum dignitas magis nequeat commendari, quam dicendo, hunc sanctum esse locum, ubi diebus singulis Deo caeli, ac terra sacrificium offertur.

In religione autem christiana tria sacrificiorum genera offeruntur, quae rationem habent cum illis, quae olim in veteri lege offerrebantur. Primum est laudis sacrificium, quo debitus Deo honor deseritur; alterum est sacrificium propitiationis, per quod remissio peccatorum obtinebatur, quod hodie piaculare poenitentiae sacrificium potest appellari; tertium sacrificium impetrationis, quod ad beneficium aliquid a Deo impetrandum offerrebat. Tempora vero loci sunt, ubi hodie tria haec offeruntur sacrificia, vel illud statim, quod haec omnia complectitur, & est adorabile Dominici corporis sacrificium: illud vero deplorandum est, quod Christianorum plerique in eo faciant abominationem desolationis propter eas, quas ibi committunt profanationes. Hoc autem in tribus huius concionis partibus visari somus.

Partis Prima. Ecclesia locus est, ubi Domino laudis sacrificium offertur, & ubi holocausto omnium, quae extiterint unquam, perfectissimo honoratur. In veteri lege non licebat quolibet in loco offerre Deo sacrificia; & quancumque totus hic magnus terrarum orbis est veluti templum Dei, hic tamen peculiarem sibi locum delegavit, quem tanquam domum, templumque suum respiciebat, & ubi magis manifesta praesentia sua praebat argumenta. Locus autem, quem modo eligit, nostra sunt templa. Ibi ille adest, non per immunitatem dumtaxat, veram etiam per realem corporis sui praesentiam. Sed videte, quantum ibi committitur abominatio, quandoquidem fidelium plerique, qui illic accedunt Dei magnitudinem venerantur, eo consequuntur propriam ostentantur. Videte, quomodo aureis vestri curibus illuc accedant, magna cum pompa magisque fervorum caterva stipati, quomodo illic eam gradus aliquis, primaque appetatur subsellia. Nunquid illuc potius se conferunt homines honores percipituri, quam Deo dela-

turi? Videte, quo apparatu illuc se conferant matronae, quo illic niteant ornatu compta, quin se se coram divina maiestate prosternant, neque enim Dei magnitudinem alter, quam submissione nostra veneramus. Nunquid mihi ob oculos vestros hoc in loco obijcienda sunt Ethnicorum, ac idololatrarum exempla, ut inde, quancumque divina maiestati debeatur reverentia, intelligatis? Quancumque humiliati in fictorum numinum suorum delubris illi se se continebant? Hic! Si aliquis infidelium eorum, quibus fides nostra annuntiat, templa nostra ingrederetur, & postquam christiane disciplina sanctitatem admiratus fuisset, videret, quo pacto nosmet gerimus cum illo, qui ejusdem est auctor, & mala conspiceret, quae in templis committimus, nonne exclamaret: Hi Christiani nobis illudant, nihil eorum credunt, quae dicunt; ac satis est videat actiones eorum, & modum, quo eum, quem nobis praedicant, venerantur. Eheu! cogitemus quomodo illum Angeli reverentur, & Seraphim alii suis sibi cortegani faciem &c.

Partis altera. Locus est, ubi offertur Deo sacrificium propitiationis, non aliud videlicet, nisi quod in aris immolatur, illud ipsum, quod in cruce immolatum est, cuius virtutem complectitur, & meritum applicat nobis. Hinc fit, quod ibi eadem cum reverentia aditare debemus, illudque doloris sensibus acti; quippe in templum veniam veniam impetraturi, & hanc eandem propitiationis victimam obtuluri. Sed heu! quam immodestia eidem adstitimus? Mortales huc confluant, ut videant, & videantur; ubique non sine ingenti scandalo nuditates quaedam ostentantur. Dicere audeam? Ad quid me ergis flagitiosissima seculi nostri corruptio? Illic afferuntur oculi adolterio pleni; undequaque, & in omnia objecta oculis circumferuntur: & ut verbo me expeditum, illic, ubi nostra expianda sunt crimina, veteribus recentisque admiscimus, & majora &c.

Tertia pars: ibi sacrificium impetrationis offertur: eo nosmet conferimus a Deo gratias petitur; templum enim domus est precum & orationis, *Domus mea domus orationis.* Matth. 21. & Marc. 11. Hoc autem in loco, qui huic ministerio destinatus est, quancumque attentionem, quancumque adstantem reverentiam? Quot abeunt evagationes? Quo abeunt cogitationes, &c.

Pietas efficit, ut conveniamus in templum Deum adoraturi, ibique cultum Deo caeli, ac terrae adhi-

adhiberi. Huc ergo para mente veniendum est, non ex consuetudine, neque ex curiositate, ut ibi alios videas, ac temet alios ostendas.

2. Cum illic ingressi sumus, ibi summa cum reverentia, & modestia ad omne obsequium composti debemus adire tamquam aulici regi suo famulantes; cum timore, velut rei, qui ad poenam deprecandam accesserunt; cum humilitate, tamquam egeni gratiam, & beneficia petentes.

3. Illinc egrediendum est cum novo devotionis fervore, qui ab altari non hauriri non potest, cum reverentibus pietatis sensibus, cum eruditione, quam ex Dei verbo percipimus, & cum certo sanctius vivendi consilio; hic quippe fructus est & templo domum referendus.

II.

1. Immodestia in templis scelus est longe majus, quam exillitur. Hoc est debita reverentia divinam majestatem fraudare; Deum in propria ipsius domo lacerare; illi contumeliam asserere in eo ipso loco, qui destinatus est, ut ibi honoretur, &c.

IV.

2. Crimen est cum scandalo conjunctum, quod occasionem praebeat haereticis, & infidelibus iudicandi, nobis persuasum non esse de veritate sanctorum mysteriorum, quae illis predicamus; quod impiis occasionem tribuit se se in licentia, & impietate sua confirmandi, & sanctissima quaelibet mysteria nostra, quae a nobis per summam indignitatem contemni videntur, in ludibrium vertendi; quod bonis malum praebeat exemplum, & prohibet, ne eam praesentem attentionem, quam debent mysteriis, quae in sancto loco peraguntur.

1. Tempia nostra sancta sunt, quia cultui Dei destinata sunt. Sancta sunt propter sacrificium corporis filii Dei, quod ibi offertur, propter ejusdem corporis, quod interdum, nosque ibi asservatur praesentiam.

2. Hic locus est, ubi Christiani se ipsos sanctificare debent; ibi enim sacramenta recipiunt, ibi Dei vocem audiunt, ibi missa sacrificio intersunt, ibi peculiaribus oculi gratis cumulatur.

V.

Tres rationes potissimum efficiunt templa nostra digna singulari veneratione, quam pietas, & devotio testari debemus.

1. Sunt habitatio Patris aeterni, ibi per majestatis suae praesentiam inhabitantis modo magis peculiariter, quam quo olim in Salomonis templum descendere visus est.

VI.

2. Tempia sunt JESU CHRISTI, qui simul & sacerdos est, & victima, & qui praetera per realem corporis sui praesentiam ibi moratur.

3. Sunt sanctuarium Spiritus sancti, ibi copiosius, quam alibi, gratias, & dona sua effundunt.

Deus in templis nostris est modo prolixius particulari: hac veritas est, de qua nemini licet ambigere; hoc rite considerandum est, ibi esse Deum.

1. Quatenus Dominum, qui ibi domum, soliumque suum collocat; quae res nos cogit, ut ibi summa cum reverentia aditamus tamquam aulici in principum aula, ubi ne levissima quaelibet irreverentia esset impunis.

2. Quatenus iudicem, qui damnat, vel absolvit, qui miseretur, vel punit, pro eo modo, quo nosmet ibi gerimus.

3. Quatenus Patrem, qui ibi sui amoris, ac benevolentiae praebet argumenta per ea beneficia, quae nobis concedit; sed ubi nostram illi testari debemus obsequium, amorem, officiumque. *Ex Specimine serm. tom. 3.*

VII.

Tria impensissimi amoris Dei objecta mihi videntur, templa illius cultui dicata; mysteria, quae ibi in honorem illius celebrantur, & anime, quae illuc accedunt, ut sanctificentur. Deo autem nihil antiquius est, quam domus suae sanctitas, debita mysteriis suis veneratio, & fidelium animarum sanctificatio. Attamen vobis ostendam, nefariam impiorum in templis irreverentiam Deum offendere in tribus hinc rebus, quas praeceteris amat.

1. Dedecorat sanctitatem domus, quam pro cultu suo Deus elegit.

2. Violat reverentiam, quae debetur magnitudini mysteriorum, quae ibi celebrantur.

3. Obicem statuit sanctificationi fidelium animarum. *Ex tractatu de sanctis de Font.*

VIII.

1. Tempia loci sunt, quem eligit Deus, ut ibi a creaturis suis honoretur, & glorificetur; at ibi vulgo gravissimis incongruitatibus contumeliosis a plerisque fidelium per eas profanationes, quas ibi committuntur.

2. Locus est, ubi gratis, & beneficiis cumulatur a Deo liberali, atque magnifico, qui ea petentibus largi, effusaque donare consuevit; & ibi majorem homines testantur ingratitude eorumdem gratiarum repella, vel abusa.

3. Ibi Deus aperitissima nobis praebet amoris, ac bonitatis argumenta; at ibi plurimi fideles eum magis crudeliter, & impune lacerant per ea crimina, quae ibi committantur.

IX.

Tempia colere, ac revereri debemus, ibique modesto, sanctaeque nos gerere.

1. Quia domus Dei; nam licet totus hic terrarum orbis sit veluti templum illius, & loci omnes illius sint, constat tamen ipsum templa nostra elegisse, ut peculiari ratione ibi permaneret.

2. Quia domus est orationis: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Matth. 21. Ibi summa cum humilitate, ac tum interiori, tum exteriori parte ad obsequium composita versari opus est, & quam indignitas sit ibi dissipata mente, ac indecoro corporis habitu consistere?

3. Locus est, ubi nobis Deus gratias, & beneficia contert pro magnitudine nostrae pietatis, ac devotionis.

X.

1. In templum convenimus, ut Deo domus; convenimus enim, ut illi honorem, & cultum praebamus: quo igitur reverentiae, ac devotionis sensu coram hac Dei majestate standum est?

2. Eo convenimus, ut ab eo gratias, peccatorum veniam, & ea, quae petimus, recipiamus. Quo igitur animo esse nos oportet, ut nosmet ipsidem dignos praebamus?

XI.

Argumentum concionis pro templi dedicatione, *sumptum ex Flechier tom. 2. orationum panegyricarum.*

XII.

1. Sanctitas, quam templum acquirit per exteriorum consecrationem, quae illam proprie Dei domum facit, unice cultui illius destinatum.

2. Sanctitas, quam ibi nos acquirere debemus per interiorum animarum nostrarum consecrationem.

In Scripturis tres potissimum Dei qualitates invenio, propter quas homines templa adificaverunt Deo, & quae a nobis eam exigunt reverentiam, quam homines praestare possunt.

Prima est qualitas Monarchae, & domini, quae templa nostra facit tamquam palatium ejus, & locum, quem modo prolixius singulari replet.

Altera est sacerdotis, quam Salvator assumpsit; & in hac qualitate nostra elegit templa pro loco sacrificii, cuius ipse victima est.

Tertia est professoris, vel defensoris populi sui; quae res effecit, ut ille templa haec constitueret tot veluti astra, & locos refugii contra iustitiam suam; sed ubi aequum est, illum a nobis injuria minime affici. Hi tres sunt tituli, qui afficere debent, ut consideremus templa veluti locos sanctos, ideoque ibi profundam adhibeamus reverentiam. *Ex auctoritate sermonum in omnia christiana disciplina argumentum, Sermone pro feria secunda post quartam quadragesimae Dominicam.*

XIII.

Pro templi dedicatione assumi possunt haec verba: *Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta caeli.* Genes. 28.

1. Tempia haec divinae majestati sacra, dicataque, aliis quidem sunt terribile tribunal, ubi damnat, & punit in hac etiam saepe vita eorum nequitiam, qui pollutant sanctum locum hunc immodestia sua, & sceleribus, quae ibi coram eo committuntur.

2. Haec eadem templa loca sunt amabilia, quia pro nobis sunt misericordiae partitio, nobisque aditum in caelum aperiant per gratias, quas ibi recipimus, cum non sine veris pietatis sensibus illuc accedimus. *Idem sermo primo argumentorum particularium.*

De eadem dedicationis solemnitate. Mentis nostrae attollende sunt, atque ex hac exteriori templorum nostrorum consecratione ad alterius perfectionis, sanctiorisque considerationem evehende sunt, quae videlicet fit in anima nostra, quae, ut S. Paulus loquitur, templum est Dei viventis. Ideo animadvertito sanctitatem, quae propria est eorum rerum omnium, quae divino cultui destinata sunt, dasibus in rebus consistere, quae concionis hujus partitionem efficiunt.

Prima est separatio ab omni ullo communi, quod ipsum nomen sanctitatis significat.

Altera est applicatio, & destinatio usibus, qui omnino sancti sunt. *Idem in sermo eodem.*

Cum omnes loci per se indifferentes sint, dignitatem, ac praestantiam mutantur ex usibus, quibus destinati sunt voluntate, atque electione eorum, quorum eodem interest applicare. Tempia vero tribus destinata sunt usibus, quibus sancta, omnique reverentia digna praestantur.

1. Ut nostros reddamus honores majestati, quae ibi se nobis offert.

2. Ut agamus de negotio, quo non alterum nobis antiquius esse debet in mundo, hoc est de salute nostra.

XV.

3. Ut ibi sanctissima religionis nostrae mysteria celebremus.

XVI.

1. In templis Christiani religionis sua manifesta praebere debent indicia. Rationes patent, & invictae sunt.

2. In templis tamen Christiani sibi religionis minus esse ostendunt, immo suam ostendunt impietatem. *Ex Manuscripto sermone P. Stephani Chamillardi.*

XVII.

1. Nihil sanctius est templis nostris propter eorum consecrationem, vel dedicationem; propter mysteria, quae ibi celebrantur, vel quibus destinantur; propter sacramenta, sacrificia, Dei laudes, quae ibi recitantur; propter gratias, & beneficia, quae recipiuntur; propter Dei verbum, quod ibi auditur; propter veniam peccatorum, quae ibi impetratur, &c.

2. Nihil magis impune, indignisque pollutat propter immodestiam, quae ibi videntur, sermones, qui ibi fiunt, & sceleria, quae committuntur.

De templorum dedicatione. Offendi potest haec esse imago dedicationis animarum nostrarum, quae templum spiritus sancti; idque per applicationem eorum omnium, quae in hac solemnitate efficiere consuevit ecclesia.

1. Consecratio templorum nos admonet, quomodo nosmet ipsos Deo consecrare, & devovere debeamus.

2. Mysteria, quae in templis consecratis celebrantur, media sunt, quibus nosmet sanctificare debemus, ac respondere honoris, quem habemus, quod Deo per baptismum, aliaque sacramenta consecrati sumus.

XVIII.

1. Consecratio templorum nos admonet, quomodo nosmet ipsos Deo consecrare, & devovere debeamus.

2. Mysteria, quae in templis consecratis celebrantur, media sunt, quibus nosmet sanctificare debemus, ac respondere honoris, quem habemus, quod Deo per baptismum, aliaque sacramenta consecrati sumus.

PARAGRAPHUS II

Fontes, auctoresque unde hauriri copia potest ad proposita argumenta pertractanda.

Saucti Patres:

Saucti Augustinus serm. 257. de tempore docet, interioris anime templum, quam templa exteriora potiori cura esse exorandum.

Idem tract. 10. in Joan. nobis iudicandum relinquit ex eo, quod Salvator contra Salomonici templi profanatores egit, quid in illos egisset, qui adeo indigne templa nostra prophanant.

Idem sermone 256. de quadam dedicatione ostendit, quem in usum destinata sunt templa.

Idem plures edidit de templorum dedicatione sermones.

S. Hieronymus ep. 48. ad Sabiniarum tota eloquentia sua vi contra impium hunc sacrilegum invehitur, qui ausus fuerat infame facinus in Bethleemico specu, ubi deipara virgo filiam fuerat enixa.

Salvianus l. 3. de gubernatione Dei aperit invehitur in profanationes, quae committuntur in templis. S. Basilii serm. 5. in Psalm. 28. haec explicata verba: *In templo ejus omnes dicunt gloriam,* docet, in templis ad omni inani sermone abstinendum esse.

S. Chrysolomus Homil. 33. in Martham docet, mentionem in templis ceteris quibuscumque esse praefereendam.

Idem Homil. 13. in Marcum in hac verba: *Domus mea domus orationis vocabitur,* docet, quantum nobis citere dolorem debet templorum nostrorum profanatio. Idem Homil. 74. in Math. ostendit impiorum impudentiam in templo in quavis objecta oculos circumferentium.

Idem Homil. 24. in Marth. ostendit enormitatem criminis, quod committitur ab his, qui immodestia, & irreverentia templa prophanant, & quod meretur, ut Deus severissimas poenas deponat.

Idem Homil. 36. in ep. ad Corinth. longa enumeratione docet, in templis omnia, quae in privatis domibus fieri.

Idem Homil. 9. in ep. 1. ad Timotheum damnat licentiam, quam sibi vendicant mulieres in templo colloquendi.

Idem serm. 1. ex variis primis tum in eos invehitur, qui reverentiam non adhibent, dum sancta mysteria celebrantur.

Idem serm. de Oratione loquitur de silentio, & reverentia in templo adhibenda.

Idem Homil. 33. in Marth. docet, quo devotionis fervore in templum veniendum sit, ibique immorandum.

S. Bernardus in libro, cui titulus, doctrina Bernardi, tradit, qua attentione, quoque pietatis sensu templum sit ingrediendum.

Idem serm. 6. de dedit ecclesia in hac verba Jacobi Gen. 28. *Quam terribilis est locus iste!* ostendit, quam terribile sit re ipsa iste locus, ac dignus, in quo summa reverentia immoretur.

Idem lib. meditationum cap. 6. & 8. suffus hoc persequitur argumentum.

S. Bonaventura serm. 4. de dedit. plures adfert rationes, propter quas templum dicitur domus orationis. Hugo Cardinalis in c. 4. Joan. rationem adfert, cur templa orationi praeceteris quibusvis locis sint aptiora.

P. Suffren in anno christiano, ubi sequitur de conversationibus, & colloquiis.

P. Nepveu in Christianis considerationibus tom. 4. Pean tom. 3. discursu 12.

Liber cui titulus: *Bellum vitium*, 17. prelio.

P. Croiset tom. 1. considerationum christianarum loquitur de templorum irreverentia.

Theophilus Raynaldus de attributis Christi se. 4. c. 4. Creselius in mystago part. 2. l. 3. de praecipuis templi functionibus.

P. Delingendes feria 2. Domin. 4. in Quadrage. P. Caussin in adventu, cui titulus, *vultus ardens*, tares super. P. la Jeune oratorii presbyter tom. 10. sermonum.

Lanuxa in Quadrage. homil. 28. S. 9.

Mathias Faber Domin. 1. post Epiph. eam. 8.

Henricus Engelgrave Domin. 9. post Pent.

P. Texter serm. pro feria 2. post 4. Quadr. Domin. Idem sub finem tom. 2. Dominici. serm. habet de dedit.

Biroat, sermone pro feria 2. post 4. Quadr. Domin. Joly in operibus mixtis, sermone habet de dedit.

Breteville in specimine sermonum tres habet deinceps sermones de templorum reverentia pro feria 2. post Dominicam quartam Quadragesimae.

P. Duneau in eadem festam.

Auctor serm. christianorum Domin. 9. post Pent. Auctor sermonum moralium.

Flechier tom. 2. Panegyricorum sermonem habet de dedicatione.

Maimbourg sermone pro feria 2. post quartam Quadragesimae Dominicam.

De la Volpilliere tomo tertio sermonum.

Auctor sermonum in omnia discipline christianae argumenta duos habet de templi cujusdam dedicatione sermones.

Idem sermone pro feria secunda hebdomada quarta in Quadragesimae.

Abbas de Monmorel hom. in Dom. 9. Pentecosten.

La Font Dominica 24. post Pentec. tom. 4. ecclesiasticorum discursuum.

P. de la Colombiere in christianis considerationibus tom. 5. operum suorum.

P. Hyscinthus le Feur religiosus recollectus tom. 1. serm. pro feria 3. post 1. Dominicam Quadragesimae.

P. la Peste tom. 1. sermonum.

Labatha) Titulo templum.

Qui collectanea ediderunt.

PARAGRAPHUS III

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huius argumenti.

Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Genes. 28.

Quam terribilis est locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta caeli. Ibidem.

Solve calcamentum de pedibus tuis, locum enim, in quo stas, terra sancta est. Exod. cap. 3.

Favete ad sanctuarium meum. Levit. 26.

Non est alia natio tam grandis, quae habens deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Deut. 4.

Si caelum & aeri calorum se capere non possunt, quanto magis domus haec, quam adificavi? 3. Reg. cap. 3.

Sanctificavi domum hanc, quam adificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum; & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. 3. Reg. cap. 8.

Oculi mei erunt aperti, & aures erectae ad orationem vestram, qui in loco isto oraverit. 2. Paralip. cap. 7.

Majestas Domini implevit totam domum. Ibid.

Sine oculis tuis aperti super domum hanc die ac nocte: super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, ut exaudiat orationem, quam venis in loco isto ad te servus tuus. 3. Reg. cap. 8.

Elegi, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permanent oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. 2. Paral. 7.

Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: sed in eo, quem elegerit Dominus. Deuter. 12.

Intraibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in rivore tuo. Psalm. 5.

Adorate Dominum in aere sancto ejus. Psalm. 28. & Psalm. 95.

Unam petii a Domino, hanc requiram, ne inhabitem in templo Domini omnibus diebus vitae meae. Psalm. 26.

Domine dilexi decorum domus tuae, & locum habitacionis gloriæ tuæ. Pfalm. 25.
 Suscepimus, Domine, misericordiam tuam, in medio templi tui. Pfalm. 47.
 Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Pfalm. 63.
 Replebitur in bonis domus tua; sanctum est templum tuum. Pfalm. 64.
 Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & despicit anima mea in ardua Domini. Pfal. 83.
 Beati, qui habitant in domo tua, Domine. Ibid.
 Ibendamus igni Sanctuarium tuum: in terra pollueris tabernaculum nominis tui. Pfalm. 73.
 Quanta malignatus est inimicus in sancto! Ibid.
 Ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum? Pf. 113.
 Zelus domus tue comedit me. Pfalm. 68.
 Introibimus in tabernaculum ejus: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus. Pfalm. 137.
 Si deprecari te fueris in loco isto, dimitte peccata servus tuus, & dæc eorum bonum per quam ingrediar. 2. Paralip. cap. 6.
 Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Eccl. 4.
 Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum. Pfalm. 92.
 In terra Sanctuarium iniqua gessit, non videbit gloriam Domini. Psal. 26.
 Adhucam eos in montem sanctum meum, & laetificabo eos in domo orationis meæ. Idem cap. 56.
 Helocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Idem ibidem.
 Quid est quod dileximus in domo mea fecit scelera multa? Jerem. 11.
 Vide abominabiles magnas, quas domus Israel fecit. Ezech. 8.
 Hoc fecerunt mihi: polluerunt Sanctuarium meum in die illa. Ezech. 23.
 Dominus in templo sancto suo. Habacuc cap. 2.
 Domus mea deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum suam. Aggai cap. 1.
 Impleto domum istam gloria. Aggai cap. 2.
 Ut procul recedam a Sanctuario meo. Ezech. 8.
 Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Matth. 21. & Luc. 19.
 Anfero ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Joan. 2.
 Nescitis quia templum Dei estis, vos, & Spiritus Dei habitans in vobis? 1. ad Corinth. 3.
 Namque domus non hæbet in ædificandis fundamentum, aut Ecclesiam Dei consentientem? 1. ad Cor. 11.
 Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. 1. ad Corinth. cap. 3.
 Mulieres in Ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui. Ibidem cap. 14.
 Vos estis templum Dei vivi. 2. ad Corinth. 6.
 Templum Dei sanctum est. 1. ad Corinth. 3.
 Exempla ex veteri, novoque testamento depraeca.

Mythes Iacob vili.
 Cum in mystico somno vidisset Jacob scalam, cujus summa pars ad Deum pertingere videbatur, & per quam Angeli ascendebant, ac descendebant, metu captus, & reverentia percitus sensu exclamavit: Quam terribilis est locus iste! Gen. 28.
 Hæc figura est nostrorum templorum, quibus fideles videntur, ut ascendat ad Deum. Nullum templum est, S. Gregorius inquit, quod scala non sit, qua ascenditur in cælum: per scalam hæc precas nostræ ascendunt Deum, & divina misericordia descendunt in homines: Ascendit precatio, descendit misericordia. Ita cum fideles templum ingrediuntur a Domino suo gratias petunt, iavere debent sensus profundæ humilitatis, metus reverentia conjuncti, ac perfectæ submissionis mandatis illius. Illud vero in sancti Patriarchæ hujus animo, ac mentem majorem peperit impressionem, quod vidit Deum scilicet hujus verticis incumbentem, eumque sibi dicentem audit: Ego sum dominus Abraham patris tui, & Isaac; tibi meam pollicor benedictionem, ac tribuam tibi terram, in qua requiescis. Quæ verba, quamquam summe consolationis refertissima, tamen in anima sancti Jacobis inconfutabiliter refertissima, ac reverentiam pepererunt: Quam terribilis est locus iste! hic domus Dei est, & porta cæli.

Inter supplicia, quibus in veteri lege Deus sacrarum rerum, & loci, ubi coli iussit, profanationem puniit, insignis est in filios Aaronis animadversio: etenim qui ulla haberetur ratio dignitatis, qua pater ipsorum, & ipsi quæque fuerant decorati, quæ de cælo demisso fuerunt absumpti, eo quod profa-

num ignem atulerant crematori victimas, quæ Deo erant offerende. Ex adeo severo supplicio Moyses occasione arripuit ostendens Aaroni, quemodo velleit Deus coli, atque, ut Scriptura inquit, sanctificari ab illis, qui ad Sanctuarium accederent, nihil profanum interesse debere in sacrificio, quod illi hoc in loco offerendum est. Ubi Auctores quidam animadvertunt, Deum non minora reservare supplicia illis, qui, vel quæ in templo illius profanum impudici amoris accedunt, vel alunt illum impuris obtutibus, ac desideris in eodem loco, ubi omnes flagrare debent igne amoris Dei, qui propter omnium amorem ibi immolatur.

Si scire cupis, quas propulerit Deus in lege veteri penas a rerum sanctarum profanationibus, vide quemodo Oza percussus fuerit, eo quod voluerit solum arcam attingere, ut illum jam iam habentem, & casuram sulciret; in hac occasione, ubi auxilium ejus necessarium videbatur, solus reverentia delectus deprehendi potest: considera, quemodo percussit Deus ultra quinquaginta Hebræorum milia, eo quod curiosus arcam eandem respexisset. Ex Propheta Daniele quare, cur Balthassar regnum, & vitam amisit. Vide in secundo Machabæorum libro, cur Heliodorus crudeliter virgibus exesus fuerit, & cur Antiochus Rex Syria verbibus exultus, ac rabo collectus; & respondebunt, quia Dei templum poluerant. Quare ex Jeremia, cur Deus tanta severitate in Judæos animadverterit, cur illos in omnes terrarum plagas disperxit, postquam urbem, ac templum eorum iustissima cæde vastavit; atque propheticæ afflatus spiritu respondebit id factum eo, quod populus hic, quem tantopere dilexerat, & cui adeo manilicæ præbuerat sue protectionis argumenta, post tot insignes gratias adhuc templum illius scelerum suorum enormitate foederat. Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Jerem. 1.

Tabernaculum erat veluti templum Israelitarum, antequam templum edificaretur. Cum prope fuit ut Moyses, & Aaron a rebellio populo de medio tollerentur, tabernaculum ingressi sunt templum oratorum. Ezechias auditus Sennacherib regis Assyrii minis in templum conlugit, & ad aras se se prostravit: ubi a Deo voti damnatus fuit. Daniel dum in Babylonia verteretur captivitate, in singulos dies cubitanti sui fenestras, quæ Jerosolimitanum templum spectabant, aperiebat, cumque illuc non posset corpore, spiritum suum se se transternebat. Dedit nihil operæ, quæ in templi atris versari, & prope arcam fœderis se se recipere: Quam dilectam tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, & despicit anima mea in ardua tua. Pfalm. 83. Cumque propter Ablalonis filii sui defectionem Jerosolyma excedere compulsus fuit, precipuus illius dolor fuit videre se ab arca ferotum, neque illum dolori suo invenire poterat solatium, quam spem se ad eam rediturum. Jonas in ventre ceti recortans est templi Dei, ac effudit preces suas, quasi in eodem contineretur. Cam angustiarum in me anima mea ad templum sanctum tuum. Jene 2.

Cam de templo edificando actum est, David, & Salomon subditos suos iniri a se consilii plures annos ante certiores fecerunt: in eo regni sui felicitatem, ac decus constituerunt; omnem; quæ apud finitimos, fœderatosque populos auctoritate pollebant, adhibuerunt, ne quid operis magnificentie deesset; immensas collegerunt opes; ac in singula momenta operi se manus admoturos pollicebantur. Quod autem erat horum principum consilium, quæ ratio? Ut videlicet in Judæi populi corde sublimis, dignos Deo Israel excitarent affectus, utque, in hac natione spiritum religionis cerneret, qui propter frequentes ejusdem in idolatrum lapsus ferme extinctus. Tandem ne templum absolutum est? Nonquam tot victimæ immolari vix sunt, nimis exiguus erat sacerdotum numerus: tunc, quod adoleto est, cælo caliginem offudit; ser circumumdique personis votis, atque clamoribus, quos tot hominum in terram probumbentium millia effundebant. Ad spectaculum hoc tota convenit Judæa, quæ novo flagravat ardore impensis servandi, quidquid lex in creatoris sui honorem præcipiebat. Illud vero maxime mirum fuit, quod visa est Dei majestas non dubiis indicis templum illud replere. Hoc signum fuit presentiam Dei in hoc materiali templo non solum quatenus illuc super aris peculiariter immoratorum, verum etiam quatenus illud suamet gloria dedicavit.

In nostris templis Ezechielis propheta visio annuntiat, Dominus, ait ille, cum me ad templum adduxisset, vidi eo in loco mulieres sedentes: quæ

Alia supplicia, quæ exercuit Deus in eos, qui sancta polluerunt.

Quæ in veneratione Judæorum olim Tabernaculum fuit.

Quæ velo succensit fuit propter Domini Templum. & quæ in necessitatibus suis ad illud confugerunt.

Zelus, quæ tenax est Dei filiorum: cuius vendentes.

De Templo Jerosolymitano.

De abominabitionibus, quas Ezechiel Propheta.

pheta mor in angusto templo con spexit.

Extra templum Jerosolymitanum sacrificari non poterat.

Quæ in veneratione Judæorum olim Tabernaculum fuit.

Diverse templi Jerosolymitani dedicationes.

Zelus, quæ tenax est Dei filiorum: cuius vendentes.

Primi fideles meliorem dei partem in templo preces iudicio tradidit.

plorabant Adonidem; cumque me in interius perduxisset atrium vestibulum inter, & altare vidi ferme viginti quinque homines ortum Domini targa vertentes, quorum facies in ortum conversa orientem Solem adorabant. Cum ejusdem profanationis, rei fides; quippe tunc a Propheta visa fuit abominatio, imago eorum est, quæ quotidie in nostris accidunt templis: vereamur, ne quod Deus per os propheta sui Sophonie c. 2. minatus est, in caput nostrum labatur: visitabo illos in furore meo; videbit eos oculus meus, & non miserebitur, cumque ad me elata voce clamaverint, eos non exaudiam &c.

Judæis unum dumtaxat erat templum, ubi sacra facere liceret, eratque templum Jerusalem, ac ita sapientie sue effectum præceperat Dominus: cum enim Judæi ad idololatram proni essent, non sine periculo iidem licuisset pluribus in locis aras extruere... Hodie vero cum templa, & ars in initium multiplicata sint, devotio, & veneratio, quæ sanctis hinc locis debetur, immittitur est, ac eorum copia quemdam videtur peperisse contemptum.

Tanta in veneratione apud Judæos erat locus, ubi Deus solum nebula eujusdam immiffione suam ostentaverat majestatem, ut statim ac Moyses tabernaculum egredere iustus fuit, mulieres omnes certatim confluerent in medium collaturæ, quidquid loci, leuissimum, & pretiosissimum possidebant, atque ita optices numeribus suis recipiendis distinerent, ut illis censuanti tempus deesset eo usque, ut Moyses edicto cavere debuissent, ne quid ulterius assererent. Quis pudor fidelibus, qui magnificas habentes ædes, & conclavia pretiosissimis ornatu paritromatis, argentea vasa, ac locupletissimum suppellectilem, parituntur templi rebus omnibus indigere, vel male facta, scilicetque adhiberi ornamenta! Nonne mirum est, hujusmodi hominibus adeo parum pietatis, & religionis esse, ut non dedignantur vel minimum aliquid de suo luxu sibratere ornaturum templi, ubi Deus suos hæc incedente moratur?

Ex sacris Bibliis docemur Jerosolymæ templum ter dedicatum fuisse. Prima dedicatio a Salomone facta est: notis, quod de hac scriptum sit tertio Regum libro, & quam magnificè, factè, & ad omnem majestatem compositæ adhibita fuerint cetermonia. Altera peracta est a Zorobabël, postquam Israelites de captivitate, qua tandem in Periside laborarunt, secesserunt: hæc Ezech. 3. in loco primo describit. Tertiam strenuus Judas Machabeus efficit; & hujus quatuordecim solennem celebrari voluit festivitatem, quæ res locum præbuit S. Gregorio Magno aliquid simile præcipiendi.

Quamvis non alia nobis est hæc causa, ut ab omni irreverentia in templo patranda absterneamus, præter eam, quam habemus in evangelio, satis est, ut intelligeremus ex omnibus peccatis nullum esse, in quod severius Deus animadverat, quam quod in ejus domo committitur. Mirum enim professio est, Salvatorem primo predicationis sua annoprius, extremo autem finem duabus similibus actionibus impoluisse, quæ sane procul abhorrent videntur ab ea lenitate, quam Ihsas prophetavit. S. enim Joannes animadverit aliquando postquam ille baptizatus fuit, accedente Pascha solennitate, cam Jerosolymam venisset, ut illic primum se proderet, templum introisse, ibique natum esse, qui boves, arietes, & columbas sacrificiosis destinatas vendebat, eos flagello percussos ejecisse, incipiendo predicationem suam effectum zeli pro Patri sui gloria flagrantissimi. Triennio post Jerosolymam reversum, ut ibi extremum Pascha perageret, cum idem scelus deprehendisset, similiter ementes, atque vendentes plagis austeris expulisse, quemadmodum S. Mattheus t. 21. Sin autem vix intelligi potest, quemodo unus homo, ignotus, sine auctoritate, sine imperio, in templo, & qui nondum inigred aliquid miraculo sibi vomen fuerat adeptus, egerit hæc pacto potuerit vendentes, & ementes, qui sanctum locum illum polluerant, qui aliquis ne leviter quidem reluctaretur; restator S. Hieronymus ex oculis illius nitentem ignem emicuisse; atque divine majestatis suæ fulgorem in isdem illius eripuisse, quæ res populo universo metum, ac terrorem inculsit.

Secundo Astartem capite legitimus, primos fideles, qui S. Petro predicante, in JESU CHRISTI sacra transfierant, meliorem dei partem in templo transmittere consueverunt: Erant quatuordecim perseverantes annuntiant in templo. Nullam ex his verbis sermo ponderandam non est: Erant quatuordecim. Non bis, vel semel in hebdomada, sed singulis diebus indefinenter; quod fidelibus omnibus faciendum esset, quotidie sacrificio adorabili, quod in templis celebratur, adstantibus: Perdurantes; neque illuc ingrediebantur statim egressuri, sed ibi diu morabantur. Unanimiter. Simul omnes, & consentientes, ut eorum precibus major virum fieret accessio, ad cæli gratias obtinendas. In templo. Neque colant omnes in aulis, aliove profanos locos, sed in templum, tanquam in locum veri Dei cultui dicatum.

Certum est in templorum dedicatione, & altarium consecratione potissimum fideles spectare debere, se ipsos esse Dei viventis templa, & altaria, & quod exterius in illis fit per purificationes legis Christi, in his interius per gratie operationes impleri. Nam quamvis hæc ædificia sancta sint, & accepta Deo, nostra tamen corpora, & corda toto cælo sunt pretiosiora; illa enim opera sunt hominum, hæc autem creatoris.

Hencky Bibl. Tom. IV.

De Templo nostro consecratione.

De christiano simul in templo congregatis.

Quomodo sumus templa viva.

Applicationes quarundam Scripturarum locorum. hinc arguuntur.

Aceruus lapidum testimonio. Gen. 31. Dicimus, De christiano simul in templo congregatis. Templum hoc, in quo sumus, & quo sape convenitis, non aliud est, quam aceruus lapidum simul conjungtorum; artificis opus est, sed intrinsecus sunt corda simul conjuncta; quæ Deo suam fidem, amoremque restantur; & quemadmodum in templo non delint lapides quidem, qui pretio, ac specie sua aliorum humilitatem commendat, ita in unione cordium in templo orantium non delint quædam, quæ sanctitate, & virtute sua aliorum regant indignitates, eisque sua charitate eas obtinent gradus, quæ necessarie sunt, ut perfectiores evadant.

Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Quomodo Deus ubique sit, in Templo tamen peculiariter est.

Deus frequenter preces nostras in templis exaudiat, quam alibi.

Interior, & exterior deo in templo.

Quomodo sumus templa viva.

Kk sacer.

